



Thesavrvs|| Locorum|| Commvnivm|| Jvrisprvdentiaē

Barbosa, Agostinho

Lipsiæ, 1697

Cap. IIX. Temperantia, Temperatio.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-80071](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-80071)

contradictentem, arbitrio superioris puniendum esse, docet cap. dilectus 11. extr. de pœnis.

II.

Temeritas aliena nemini nocere debet, l. meminere 6. §. si autem, 6. C. unde vi. & ideo temeritas iudicandi non ei, qui iudicatur, sed iudici nocet, cap. temerarium 11. q. 3.

III.

Temeritas agentium etiam extraordinaria pœna vel animadversione coerceri potest, l. qui crimen 3. C. de his, qui accusari. l. si uteris 2. Cod. de fid. instr. Concennat. quest. juris sing. lib. 1. q. 8. num. 15.

IV.

Temeritas sine calumnia etiam cum bona intentione esse potest, cap. is autem 4. §. nemo mentiens 22. q. 2. reperimus enim in iure temeritatem duplicem, ita ut ea large considerata contineat sub se calumniam, prævaricationem & tergiversationem, cap. si quem pœnuerit 8. §. accusatorum temeritas 2. q. 3. & l. 1. ff. ad SCtum Turpill. & de hac temeritate loquitur etiam textus in clem. 1. §. si quis autem præmissorum, de stat. Monach. ubi Cardin. in princ. dixit, eum temerarium dici, qui scienter & ex proposito, & sine causa rationabili aliquid de prohibitis facit, vel præcepta cum potest facere, negligit, cum in stricta & propria significatione accipiat solummodo, ubi aliquid sine iudicio & inconsideratè, sineque consilio efficitur. Archidiaconus Job. Andr. & Dominic. in cap. quia plerique. in princ. de offic. ordin. in 6. & de hac acceptione, textus est in d. cap. is autem. §. nemo mentiens, ubi habetur, quod ille, qui falsum dixit, quod putabat esse verum, non sit arguendus mendacii, sed temeritatis, quia falsa incautus credit, ac pro veris æstimat, confer & Cicer. in quest. 1. Academ. ubi dixit, temeritatem esse, quando aut falsa, aut incognita res probatur, qua de causa hoc respectu talis facilitatis veniam continere, & inconsultus calor calumnie vitio carere dicitur, d. cap. si quem pœnuerit, ac pro subiecta materia aliquando punitur, quandoque non punitur, Pacianus lib. 2. de probat. cap. 45. n. 80. & consil. 18. n. 36.

CAP. IIX.

Temperantia, Temperatio.

Axioma I.

Temperantia animæ & corpori prodest, cap. nihil 28. de consecr. dist. 5. & in moribus. cap. qui Episcopus 2. in princ. 2. dist. 23. & in pœnis infligendis attenditur, cap. disciplina 9. in pr. 49.

II.

Temperari possunt quædam constitutiones, quædam non, cap. ult. dist. 14. & aliquando etiam rigor juris ratione ætatis temperatur, cap. ult. extr. de sentent. excomm.

CAP. IX.

Tempus, vide supra Præsens. Præteritum.

Axioma I.

Tempus consiliorum dator est optimus, ut refert ex Plutarch. Cælius Rhodigin. in cap. 9. lib. lect. antiq. Quam ob rem Thales Milesius (ut refert Diogenes) interrogatus, quid esset antiquissimum omnium? respondit, DEUS, qui est ingenuus; quid pulcherrimum? mundus; quid maximum? locus, capit enim omnia; quid velocissimum? mens, discurrit enim per universa; quid fortissimum? necessitas, cuncta enim superat; quid sapientissimum? tempus, nam omnia invenit. De mentis autem velocitate not. Bald. in l. Aretusian. n. 13. de stat. hom. quod velocissimum tempus entium sit intellectus, quoniam, ubi tempus non invenitur in motu distinctum, tamen in intellectu reperitur distinctum; præcurrit enim intellectus omnem temporis velocitatem, & ideo intellectus ordinat etiam futura, quia præcurrit, antequam fiant, & sic apparet prius & posterius posse esse in intellectu, licet in tempore naturali sit unum & idem instans. Mortalium enim tempore vita producitur, & tempore consumitur. Pacian. 2. de probat. cap. 25. n. 1. adeo ut non sine ratione Mythici scriptores tradiderint Saturnum, cuius nomine tempus figurabatur, filios suos devorare solitum, de quo Fulgent. in cap. 2. in verb. Saturnus. lib. 1. Mythologior. significantes tempus omnia producere, & omnia ad nihilum redigere, de qua re multa tradit Tiraquell. in §. 1. gloss. 4. de præscript. pag. 74. ubi vid.

II.

Tempus ab eo probandum est, qui suam intentionem in tempore fundat, l. matrem 17. C. de probat. l. sed et si 7. §. Publiciana tempus 14. ff. de publician. act. l. cum actum 17. ff. de negot. gest. Castr. in d. l. matrem. ibique Bart. in 2. lectur. n. 7. & Bald. in princ. num. 3. vers. unde super hoc datur. vol. 1. & Felicet. n. 1. vers. ex quo colligi. Socin. consil. 67. pensatis. n. 2. vol. 4. Ruin. consil. 67. in quest. num. 5. vers. & est regula. vol. 1. Bart. in l. si is qui, in fin. ff. de iure fisci. Bald. in l. si minor. num. 3. vers. item addo. C. de in integr. restitut. & in l. de rebus. C. de donat. ante nupt. Aretin. in cap. in presentia. n. 17. vers. unde secundum. sub notab. §. col. 4. extr. de probation. ibidemque Dec. n. 51. vers. duodecimo nota. col. 6. Felip. num. 12. vers. in text. ibi non elidit. Salicet. in l. fin. C. an serv. ex suo facto. Alex. consil. 100. super. 1. num. 2. vol. 1. Menoch. de presumpt. 49. lib. 2. Natta consil. 100. viso in fin. & consil. 177. habet num. 9. & consil. 204. vertitur. n. 11. vers. nam cum necess. vol. 1. consil. 572. valde. num. 17. vers. & hoc procedit. vol. 3. Cephal. consil. 82. beredimas. num. 51. vol. 1. Nec sufficit qualibet temporis probatio, sed oportet, ut sit præcisa & limitata ad illud tempus, quod fuit in iudicium deductum, Negotiant. part. 5. de pignor. membr. 2. n. 44. alioquin si de alio tempore probatio fieret,